



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

8. De muliere cæca, quæ post qu[am] flores ad reliquias sancti Stephani obtulit, & eosdem oculis admouit, visum recepit. Item de Lucillo Episcopo, qui cum reliquias eiusdem martyris portasset, à ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

tes, quorum memoria apud nos est celeberrima, clara voce ut vestiretur, oravit. Audierunt cum adolescentes, qui fortè aderant irrisores: cumque discedentem exagitantés, prosequébantur: quasi à martyribus quinquagenos folles, vnde vestimentum emeret, petuisset. At ille tacitus ambulans eiectum grandem piscem palpitantem vidit in litore, cumque illis fauētibus atque iuuantibus apprehendit, & cuidā coquo Carchofo nomine, benè Christiano, ad coquinam conditariam, indicans quid gestum sit, trecentis follibus vendidit, lanam cōparare inde disponens, ut vxor eius quomodo posset ei, quo indueretur, efficeret. Sed coquus cōscindens piscem, anulum aureum in ventriculo eius inuenit, moxque miseratione flexus, & religione perterritus, homini eura reddidit, dicens: Ecce quomodo viginti martyres te vestierunt.

Augustinus ibidem de muliere cæca, quæ postquam flores ad reliquias S. Stephani obtulit, eisdem oculis admouit, visum recepit. Item de Lucilio Episcopo, qui cum reliquijs eiusdem martyris portasset, à fistula miraculosè curatus est.

CAP. VIII.

AD aquas Tibilitanas Episcopo afferente projecto reliquias martyris gloriosissimi Stephani, ad eius memoriam veniebat magnæ multitudinis concursus & occurfus. Ibi cæca mulier, ut ad Episcopum portantem pi-

gnora



gnora sacra duceretur orauit, flores quos fecerat dedit, recepit, oculis admouit, protinus vidit. Stupentibus qui aderant, præibat exultans, viam carpens, & viæ ducem vltierius nõ requirens. Memorati memoriam martyris, quæ posita est in castello Synicensi, quod Hipponensi Colonjæ vicinum est, eiusdem loci Lucillus Episcopus populo præcedente atque sequente portabat: Fistula, cuius molestia iam diu laborauerat, & familiarissimi sui medici, qui eam secaret, operiebatur manus, illius piæ sarcinæ uestigatione repente sanata est. Nam deinceps eam in suo corpore non inuenit.

Augustinus ibidem de Eucharis presbytero, qui per memoriam S. Stephani à calculo liberatus, & postea mortuus, ope eiusdem martyris, cum de memoria eius reportata superq; iacentis corpus missa esset ipsius presbyteri tunica, suscitatus est.

CAP. XI.

Eucharis presbyter ex Hispania, Calamæ habitans veteri morbo calculi laborabat, per memoriã supradicti martyris, quam Possidius eò aduexit Episcopus, saluus factus est. Idem ipse postea morbo alio præualecente mortuus sic iacebat, vt ei iam pollices ligarentur, opitulatione memorati martyris, cum de memoria eius reportata fuisset, & super iacentis corpus missa ipsius presbyteri tunica, suscitatus est.